Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Nissa Slesie insignis urbs, Episcopalis sedes, ad Nissam fluuium sita: a quo denominationem accepit, varijs edificijs ornata est. Slesia aut a principio vaste silue hircinie (apud grecos et latinos scriptores celebrate) porcio, ut tota plana, ita et nemorosa fuit: Sed temporis processu sparsim villis habitari cepta: Ubi aut fidem christianam incole amplexi sunt, constitutis oppidis, ad meliorem est cultum redacta: Quam Odera fluuius celebratissimus per medium totam perlabitur, Et Olsa, Nissa, ola, lissa, Barusio, Cattorz, zuio, Bobro et alijs fluminibus auctus. Marchiam brandenburgen permeans, in mare Germanicum apud Stetinum vndosus exonerat. Latitudo eius trium quidem Sed longitudo nouem dierum itinere a limitibus hungarie usque in marchiam Brandenburgen extenditur: Primus eius epatus sedes Smogrouie wartenbergen districtus fuit: Et inde Riczinum territorij Bregen Episcopalis kathedra est delecta: Kazimirus aut illius nominis primus Rex polonie, ubi Regia stirps masculina defecit, a monasterio Gallie Cluniacen, ubi monachus fuit: papa dispensante ad Regnum polonie assumptus: Denarium sancti petri viritim sive per capita in regno suo, idcirco exigendum, et Romam mittendum instituit: Et Sedem Epalem Wratislauiam transferri curauit: Que nunc est (ut premisimus) omn. Slesie Ciuitatum non minus ampla et opulenta, quam populosa et edibus et templis ornatissima. Eius antistes nunc est doctor Joannes Rott de wending, Eisteten diocesis, olim Imperialis prothonotarius: Et in eum statum breui multa industria reduxisse fertur: ut centum annis preteritis, non fuerit mensa episcopalis fructuosior, et structuris ornatior. Prouincia ipsa frumenti ferax, et piscosa: carnibus ferinis, et volucribus habundans. Preter Wratislauiam: insignia loca sunt, hec urbs Nissa Epalis sedes: Glogouia maior: Legnitz: Oppel: Swidnitz: Teschen: Olsna: Franckenstein: Monsterberg: Saganum: Bregn. Monasteria complura insignis structure. Prouincia ipsa Regi Bohemie subiecta: quam ab imperio in feudum recognoscit. Multi ~~[illegible]~~ antea duces, Et principes hereditarij, ipsam non tam possiderunt, quam vastarunt, et impacatam reddiderunt: Qui propter censuum exiguitatem ducalem statum ducere nequiuerunt, et rapacitati utrico dediti: Nunc vero est ad paucos redacta: Alijs stirpibus morte suffocatis: Qui non parum opibus et munitis oppidis florent: Cultus diuinus per Slezian longe plurimus: